Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



113

non est qui eripiat 7
Ds ne elongeris a me.
ds meus. in auxili
um meum respice 7
Con fundantur &
deficiant detrahen
tes animę meae.
ii operiantur con
fusione & pudore
qui quęrunt mala
mihi 7
Ego autem semper
sperabo. & adiciam
super ÷ omnem:
laudem tuam 7
Os meum adnuntia
bit iustitiam tuam.
tota die salutare tuum 7
Quoniam non cogno
ui litteraturam.
introibo in potenti
am dni. dne me
morabor iustitiae
tuae solius 7
Os docuisti me ex
iuuentute mea
& usque nunc pro
nuntiabo mirabi
lia tua 7

humana putet in firmitas elongare dm̄. quando ei uenire tardat auxilium 7 Ideo petit ne gratia eius a ipso discedat, et orat. ut per adiutorium dī ei digna patientia tribuatur 7

Decursa emendatione peccantium. ad suam delectationem conuertatur 7 Ut sicut illi diuina potentia disperabant. ita populus fidelis sperare se semper dicat indō, adiecit laudem. cum quis dicit. uerbum patris fecisse cęlum et terram. perfecta deuotione dm̄ laudat, sed cum adiunxerit incarnatum esse proselite cunctorum. adiecit cumulum laudibus plenum 7

Docuisti autem. siue ad libros pertinet diuinos. siue a dinfusum caelitus fidem 7 Iuuentus incipit ex quo coepit homo. ad diuinam gratiam peruenire 7 Utique mirabilia fuerunt. ut doceretur indoctus. et exper fido fieret deuotus 7

Confundantur enim dicit. cum tua uiderint disposita nonmutari 7 Deficiant. idest loquentes inaniter 7 Operiantur dixit. quasi quodam uello roseo uerecundia obtegantur eorum facies 7 Quod solet euenire his. qui actiones pristinas. meliore uita contempnunt 7 Quaerunt animam. qui praui blandimentis occulto uulnere mentes uidentur impetere 7

Iustitia patris saluator est. et salutare dicitur. quia inde salus mundi per gloriosam incarnationem prouenit 7 tota die. continuum tempus ostendit 7

Non cognoui litteraturam. idest scientiam saecularem 7 et eloquentiam uanam 7 ideo introibo in potentiam dī. hoc est in hierusalem caelestem 7 Tunc memorabor. cum sequestrat agnos a hedis. et impios a fidelibus 7